



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

13. An advena in alieno territorio delinquens puniendus sit secundum statuta, & consuetudines loci delicti, an domicilij?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

Clericum inhabilem reddit ad quaecun-  
 que beneficium retinendum, aut acqui-  
 rendum, nisi cum eo dispensetur: *Suar. de*  
*Conf: disp: 31. S. 1. num. 5.* Sic & ad mortem  
 damnatus, adeoq; libertate privatus, pœ-  
 nãq; servus effectus, & publicè condem-  
 natus de crimine, quod infamiam infert,  
 v. g. de furto, ubiq; locorum infamis, aut  
 pœnã servus permanebit. *Barth: in L. sunt*  
*quidam. 19. ff. de pœnis. Abb. cit. n. 11. & con-*  
*stat ex L. non potest. 63. ff. de furtis.*

13. An Advena in alieno territorio de-  
 linquens puniendus sit secundum statuta  
 & consuetudines loci delicti, an domici-  
 lii? *Respondet Barth: in L. 1. n. 20. Bald: ibid.*  
*n. 22. C. de sum: Trin:* Si factum in utroq;  
 loco seu communi jure prohibitum sit,  
 tunc puniri debet secundum statuta loci  
 in quo deliquit: quia delinquendo sub-  
 ditus fit jurisdictioni. Nec obstat: tametsi  
 nesciat pœnam statuti; quia consentien-  
 do voluntariè in delictum, interpretativè  
 consentit in pœnam, ut propterea per  
 quandam consequentiam obnoxius fiat  
 pœnã, nisi ea valdè extraordinaria sit, aut  
 nisi censura in pœnam lata sit, quæ id spe-  
 ciale.

ciale habet, ut nunquam ab ignorante incuratur, nisi ignorantia crassa aut supina sit: ita Barth. cit. Sed hujus opinio merito nobis displicet quoad eam patrem, dum asserit: ignorantiam pœnæ lege statutæ in censuris tantum, non autem in aliis excusare, ab incidentia pœnæ: quia consensus interpretativus in pœnam non est admittendus formaliter, quando non est consensus, in delictum formaliter, prout talis pœna causa est: sed committens voluntariè delictum, quod nescit inevitabiliter causam esse talis pœnæ non consentit in delictum formaliter, ut causa est, ergo. Et est sententia non tantum Felin. sed etiam Soar. To. 5. in 3. p. d. 4. S. 9. Sanchez lib: 9. de matr: disp: 32. n. 17. Host: cap. à nobis i. de sent: excomm.

14. Ratione contractus, vel quasi contractus, qui incola non est, tum demum forum sortitur, si in loco moram trahat. cap. ult: & cap. 1. h. t. in 6. Fel: in cap. ult: de foro comp: vel inibi negotium aggressus sit, vel tabernam; officinam, aut hortum conduxerit ad vendendum. L. heres 19. S. proinde. ff. de jud. Nisi contractus comple-

men-